

✠ Hæc Antiphona Gaudeámus. cum V. Tamquam sponsus. et Or. Concéde. dicatur ad Mem. de Nat. usque ad primas Vesperas Circumcisionis exclusive.

DOMINICA INFRA OCT. NATIVITATIS.

Si festum Nat. Domini, vel sancti Stephani, vel sancti Joannis, vel sanctorum Innocentium, vel sancti Thomæ in Dominica evenerit, illa die de Dominica nihil fiat; sed in crastino sancti Thomæ, post Memorias de Sanctis in Vesperis fiat Mem. de Dominica hoc modo :

Ant.
vii.
toni.

ERANT Joseph et Mari-a mater Je-su

mirántes super his, quæ dicebántur de illo.

V. Verbum caro factum est : R̄. Et habitávit in nobis ☩

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo ☩ ut in nómine dilécti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre : Qui tecum vivit.

